


no: quia p delent
 de alijs. Sed ut m
 unū specie palliata. A
 & adducatis ad u
 dicit cōtra uos na
 opprimite: & a u
 ideo faciatis: ut u
 sub nostro hab
 quod uobis singula
 nouit accē
 nostri. Vos enim
 aternū sup
 habebitis: sed
 dum uiuatis non
 desideramus &
 apud centū ter
 ceteris de
 ad nostrū con
 signet chara
 Palatiū nostri fra
 cione Milleimo

Beatebub ueter
 specialis amicus.



DESCRIP
 TIO DE SITV HELVETIAE,
 & uicinis gentibus, per Eruditissi
 mum uirum Henricū Glareanū
 Heluetium, Poëtam
 Laureatum.

IDEM DE QVATVOR HELVETI
 ORVM PAGIS.

Eiusdem pro iustissimo Heluetiorum
 fœdere Panegyricon,

Cum commentarijs Osualdi Myco
 nij Lucernani.

Ad Maximilianum Augustum Hen
 rici Glareani Panegyricon.

olentæ afferrentur, senibus item, mulierculis, imbellicis, uirginum, uir-
duarum, ac puerorū turbæ parceretur. Surda igitur aurē, tuum est, cō- *In obloquū*
didissime lector prætereas eos, qui nescio quā truculentiam, quam im- *tores.*
pietatem, quam deniq; plus q̄ ferinam naturā Helueticis adscribunt.
Non enim ueritatis ratio, sed inuidia tales (nominibus libenter parco
modestiam Poetæ nostri memor) stimulat, quæ, quo hominum genus
plerūq; impellat, te nimirum haud præterit.

a Gens Aquilam, gens terribileis imitata leones.

b Causam ortus nostri, quis sit quoq; foederis auctor.

c Tantūq; imperij, cūr pomum fronte pusilli

a ¶ Gens aquilā. Hæc animalia procul amoto pauore omnia aggre- *Aquila pugnare*
diuntur. De aquila nanq; scribit Pli. li. x. Ipsam pugnare cum ceruis, *cum draconibus.*
& draconibus. Erasmus quoq; in Scarabeo suo huius auis naturā mi-
rifice depingit. Leontē quanta insit generositas, nemini reor incomper-
tum. Pli. de Leonum natura lege. li. viij. Et Solinum ca. xxxvi.

b ¶ Causam ortus nostri. Id est quæ foedus Helueticū incœperint. *Leo:*
Huius rei causam fuisse palam liquet Tyrannidē nobiliū, quos Comi- *Foederis*
tes primū Hapsburgenses, dein Principes Austria, Suitia, Vria, ac Syl- *Helueticæ*
uania incolis præferant, postq; uolentes in potestatem se illis dedide- *causa.*
runt. Nam dum sibi, non patriæ gesserant imperium, tāq; superbe ac
truculenter fecerant, nō quod ius erat, sed quod liberat, penitusq; in-
cubuerant ad hoc, ut sibi bene, suis autē esset male, non poterat tolera-
ri diutius insolentia ita omnibus modis imperiosa. quapropter non-
nulli, qui non minima pars fuerant eiusmodi calamitatum, ceperunt
cōsiliū, quo & se, & suos in libertatē affererent. Huc igitur deuentū,
ut Tyranni exterminarent, percutereturq; foedus totius cōmunitatis
consensu, quod uelint libertatē adeptam, quoad ualeant dei subsidio
defendere. **c** ¶ Auctor. primus inceptor, liceat sic dicere. Is autē fuit
Gulielmus Tell. Vrius, de quo statim dicemus. **d** ¶ Tanti imperij.
respectu originis. **e** ¶ Cur pomū. f. p. Apostrophe ad Gulielm. Nolle *Historia de*
hoc loco Tyrannidem eius, qui Vrijs & Suitis olim dominabatur, ne- *Gulielmo*
cesse uidetur. Eo nanq; uecordiæ processerat, ut pileum apud Vrios pu- *Tell.*
blico itinere sublatum tam uenerari mandarit, q̄ si ipse præsens consti-
steret. Gulielmus ille mandatū, ut profusus iniquum, aliquoties negle-
xit, quare cōprehensus Tyranno sistitur. Interrogatus temeritatis cau-
sam, imprudentiæ adscribit, petitq; ueniā. Tyrannus responso negli-
gens iubet tacitus Gulielmi liberos adduci, & hunc cogit inter hos le-

etissimo ex uertice sagitta malum deturbare, hoc tamen prætextu, ut experientia sciret in illo sagittandi artificium, quod toties miris laudibus uehi animaduernerit. Iam re feliciter peracta, telum posteriore a Gulielmo insertum pectorali, Tyranno suspicionem inicit, uerum causam non prius extorsit, quam uitam pactus est. Tum inquit ille, referuatum in Tyranni exitium, si filiolum confodisset. Indignabundus Tyrannus confestim præcipit ligatum conijci in nauim, abduciq; Suiuiam ad perpetua uincula. Et iam medium lacus (Lucernano huic nomen) tenebat. Tunc uero tam ingens repente oboritur tempestas, ut salutem desperarent omnes, adclamarentq; uno ore ad dominum pro Gulielmo soluendo, ut ipsos seruaret. Iussu itaq; illius soluit, adprehendit clauum, nauis in uado putabatur. Non autem multo post, salutis spem concipit, saxo non admodum extante procul ad littus conspicato, quamobrem famulos Tyranni hortatur, remis insurgant, ita enim opus facto. Parerit, raditur laxum, Gulielmus filiolo, arcu & telis arreptis (hæc omnia nauim cum eo fuerant iniecta) in hoc ipsum repentino saltu infertur, & pedibus puppim quantum potest uiribus in altum proculcat. Cursum festinat per Suiuiam in uicum quendam cognomine Cauia a kullnacht pago porrectum ad lacum usq; Artensem, quem & Tuginum dicunt. Ibi querit insidias, Interim Tyrannus portum offendit. Transendum erat illac, ubi Gulielmus latitabat. Postquam igitur contra insidiarum locum peruenit, ille telo emisso ipsum traiecit, deinde reuertitur ad suos, rem totam, ut erat facta, commemorans. Post hæc non longo tempore primum foedus a paucissimis initum est.

^{ga tetigit pomum.}
 a Inuisum certa sigis Gulielme sagitta,
 b Quod studium, quæ sit populi nascentis origo,

Certa ma/
 nus.

Tyrannides
 in tres pa/
 gos admis/
 se.

Landen/
 bergius.

a (Certa.) Pomum enim tetigit. Sic certam dicimus manum, quæ quicquid destinat, iaculo contingit, b (Quod studium.) s. uindicandæ libertatis. Illud quidem quod fuerit uehemens, apparebit facile superiorem consideranti Tyrannidem, atq; ea, quæ breuibus iam adiungemus. Fuere enim Tyranni, qui uxores, atq; filias suorum uolenter abstractas non prius remisertunt domum, quam suæ libidini satisfactum est, neque quisquam audebat contra impune, ne mussare quidem. Inter istos, qui Syluanis preerat, Landenbergius genere, oculis senem priuauit, omnibusq; bonis, quod filius eius digitum fregerat seruo, qui iussu domini conatus erat ex aratro iumeta abducere. At ille idem non multo postea securi in balneo percussus oppetit, dum honestam Syluani cuiusdam uxorem